



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 121. Argentinensis Academia novis privilegiis a Cæsare aucta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII.

A. C. 1621.

§. CXXI.

Argentinenfis Academia novis privilegiis a Cæsare audita.

Lotich. rer. Germ. p. 259. Merc. Gallob. t. 9. l. 2. Meteran. l. 41. p. 337. Bellus laur. Austr. p. 563. Theatr. Europ. p. 579.

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo octavo Argentinenfis Republica Academiam erexerat, quam Maximilianus II. Imperator anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto præclaris donaverat privilegiis, ea tamen hoc anno Ferdinandus II. Cæsar instantibus Electore Moguntino, & Ludovico Hassiæ Landgravio auxit, concessitque, ut Universitas non modo omnium Facultatum Doctores, Magistros, & Baccalaureos, sed etiam Poetas laureatos creare valeret: Igitur die vigesima secunda Augusti ex Prædicantibus unus in Templo ex primo Danielis capite concionem habuit inauguralem, & ridicula profus applicatione Magistratum Nabuchodonosori, Doctores Asphenezo & Malesaro eunuchorum Præpositis, Academicos autem Danieli, Ananiæ, Misaeli & Azariæ comparavit. Quid ad hæc dixisset Frater Gerundius Zotes? Demum die vigesima quarta ejusdem Mensis hæc Privilegia solemniter fuere promulgata. Hanc vero solemnitatem prævenerat Rinthe-
lensis

